Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26086
Copyright: Admont, Benediktinerstift

ut fratres et sic fuimus probati regi mortali ita nitemur
probati inveniri in christo magno rege. Peractis
ergo diebus vii. et positis sanctis in carcere. venit dux
a cesarea capadocie in sebastiam civitatem et residens
cum preside octavo die. iussit sanctos produci in adi
ditorium. Cumque ducerentur exortabatur eos sanctus syrion dicens.
Fratres. non timeatis. nunquid non quando eram invocabam dominum.
et adiuvit nos. et vincebam adversarios nostros. Memo
res estote quando egressi sumus in commixtum pug
ne. quia omnes fugierunt et nos soli in medio exercitu
inventi sumus xl. et cum lacrimis dominum invocabi
mus. et dedit nobis virtutem. et quosdam ex eis oc
cidimus. alios vero in fugam convertimus et unus nostrum non
est vulneratus a tanta multitudine. Hunc vero tres sunt
qui nos pugnant. satanas. dux. et preses. Sed hi
unum sunt. et hic unus xl. ut vincat absit.
Deprecor itaque vos non timeamus. si invocemus semper dominum
sicut semper et nunc et non contingunt nos tormenta. Psalla
mus vero nunc fratres sicut consuevimus hunc psalmum. Deus
in nomine tuo salvum me fac et in virtute
tua libera me. et sequentia. Et nunc iustum di
camus psalmum et audiet nos. et adiuvabit nos
deus salutaris noster. Et cum ducerentur ad tyrannos.
hunc psalmum dicebant et omnes convenerunt exspec
tare. Sistentes vero eos ante iudicem et presidem. Aspi
ciens eos dux ait. Hi presudere volunt ut mai
ore honore digni habeantur. Decepti enim a me
honoribus magnis et donis maioribus aliis autem